+

Mięcinski et Catherina Fręstorowska Coniugum legitimorum aut illorum Successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense ex tunc recessu supraseripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio. Scire Juripavere respondere, Vadium præfatum luere Inscriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq ac suos Successores ad eadem omnia insonbit et Obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium, Uti et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem præfereа Ultra proximos Officy præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pænis Simplicibus Vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalibus Iuris præscriptione Terrestri bello Conuentioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis evadendo Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Zielonka et Lubek mutuo Intercisam Roborant.

1333 Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Stanislaus Zielonka ab Vna et Nicolaus Lubek ptibus ab altera Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo præsenti Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet Secum successoribus ac

ribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo, palam libere publice ac expresse recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Generosus Fielonka suo et Generosae Vrsulae Ludouicae Wierzchowska Generosus vero Lubek suo itidem et Generosae Catharinae Wolska Consortium suarum legitimarum, pro quarum rati habitione cauent ac se praesentibus inscribunt nominibus sibi mutuo et inuicem, vna pars alteri ac posteris vtriusq partis, se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Interuisam certam inter se Recognoscentes et praefatas Consortes suas, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Interuisa contentarum de actu et data illius hic Podmysliae die hodierna in actu contenta, videlicet feria sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno praesenti confectam et conscriptam manibus sui Recognoscentium proprijs ab vtrinq subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Interuisae Conditionibus punctis, clausulis articulis, vadio ligamentis, ac nexitionibus generaliter vniuersis firmiter tenere, complere, exequi ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis eius contentis tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere; Interuisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roborationem, et Inscriptionem praesentem Roborationem ad praedictam Interuisam vicissim in toto referendo. Idq sub Vadio summae Mille Florenorum Polonicalium per partem parti cum successoribus vtriusq partis ob non completionem contentorum Interuisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum

\+

Succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Inscriptionis praefatae non completa complenda citata existens memorata pars una praemissa non tenens sive eius successores, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis sive illius successorum ad officium praesens castrense capitaneale Praemysliense, ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio, stare iuripavere, respondere vadium praefatum luere Inscriptioni modernae satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, ut et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad exercitum, vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praetereaque ultra proximos officii praefati castrensis capitanealis Praemysliensis, Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq; motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia paenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Rakuski Commilitones C: Druszkiewicz Quietat

334

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus castrensibus capitanealibus Praemysliensibus Generosus Casimirus

Michael: